

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 9098

**Auteur(s)** : Fraslin Malesmains, Saint-Hilaire (seigneur)

**Bénéficiaire(s)** : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1177-1202]

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Fraslin Malesmains, seigneur de Saint-Hilaire, fait savoir que Geoffroy de Pinceio a donné à l'abbaye de Savigny une terre située à Montdenier que les moines posséderont jusqu'en 1219 en échange de quinze livres angevins qu'ils ont données audit Geoffroy. En 1219, les moines posséderont cette terre contre une rente annuelle de 10 sous mansois. Geoffroy devra reporter sur les autres terres de son fief les services dus pour cette terre.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

D. Paris, BnF, n. a. lat. 1022, n° 102, p. 105-106. Copie du XIXe siècle

### Éditions principales

a. POULLE, Béatrice, *Le chartrier de Savigny : Liber cartarum, capitula cartarum in episcopatu abrinensis*, édition inédite, p. 159-160.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (*Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° CI*)

Cet acte est transcrit dans le cartulaire de Savigny rédigé en 1202 (cartulaire détruit en 1945, Saint-Lô, AD Manche, H non coté) tandis que le bien en question n'est pas évoqué dans la charte de confirmation du roi Henri II d'Angleterre en 1177-1182.

Texte d'après D

Fidelibus universis ad quos presens scriptum pervenerit Freelinus dominus de Sancto Hylario salutem. Sciatis quod Gaufridus de Pinceio, concessione filiorum suorum Willelmi et Radulfi et filie sue Johanne et fratrum suorum Willelmi Seguini et Garini, dedit et concessit monachis Savigneii juxta Mondeigneium totam terram quam habebat a terra Cortini usque ad terram elemosine de Mondeigneio sicut via Pontis Ursi dividit ex una parte et ductus de Tronchon ex alia parte. Hanc autem terram monachi Savigneii integre possidebunt usque ad annum Incarnatione dominice MCCXIX. pro XV libris andegavensium quas monachis Gaufrido de Pinceio dederunt. Ab anno autem Domini Incarnatione MCCXIX prefati monachi dictam terram bene et in pace, libere et quiete, integre et absolute in perpetuum possidebunt pro X solidis cenomannensium reddendis annuatim Gaufrido de Pinceio et heredibus ejus post eum in festo sancti Remigii. Et sciendum est quod Gaufridus de Pinceio et filii sui Willelmus et Radulfus omnes taillias, omnia auxilia et omnia servicia que ad terram predictam pertinebant super aliam terram suam de eodem feodo retinentes terram illam monachis Savigneii garantizabunt et deffendent et de omni re semper

acquietabunt. Hanc autem conventionem et donationem ego Freelinus et Johanna uxor mea et Gauterius de Kerneth pro salute animarum nostrarum concessimus. Quod ut ratum sit et firmiter teneatur in perpetuum, presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Testibus his Roberto de Logis, Leonisio, Garino de Pruneris, Arnulfo Tolemasche, Ricardo de Saceio, Matteo Brasart, Maugero de Thaon, Roberto de Moretonio monachis Savignei, Radulfo Lupo converso, et aliis multis.